

em 2

A DOMINO SALVS
ET RECENS ET PERENNIS ESTO

CURIAE

ERFFURTENSI,
SUAM IN REPUBLICAM,
EX PRIMARIA DISPENSATIONE

PATRUM:

JACOBI BERGERI,
CONSULIS;

N.N.

VOLCM. LIMPRECHTI, M.

QUATUOR VIRI:

DE NOVIS S.P.Q. SUFFRAGIIS SUPERIORUM
AMPLIUS, ET SUMMAE EXPECTATIONIS,
POST PRIORA.

ERFFURTI,

GRATULANTIB. GYMNASII IBID. SENATORII
DIRECTORE, ET COLLEGIS PROFESSORIB.

DIE II.^{DA} FEBR. TAM FESTA PURIFICATIONIS,
QVAM INAUGURATIONIS SOLENNI;

ANNO SUPERIUS VOTIVO

M.^o DC.^o LVII.

PER LITERAS FRID. MELCH. DEDEKINDI.



TRANSITUS CONSULUM,

Anno 1657.

Rathsmeistere:

Herz Jacobus Berger.

Herz Johann Heinrich Fischer.

Herz Georg Gabler.

Herz Tobias Deyrling.

Vier Herren:

Herz M. Volmarus

Limprecht.

Herz Caspar Geißlein.

Herz Dietrich Nacke.

Herz Philipp Dietmar.

Cämmerer:

Herz Florian Böttiger.

Herz Johann Schiller.

StadtVöigte:

Herz Johann Böttiger.

Herz Johann Möller.

Herz Christian von Sauer.

Ungelder Herren:

Herz Werner Schuhmacher.

Herz Volmar Winkheim.

Bürgermeister oder Zwenermänner:

Herz Albrecht Wilhelm Mühlport.

Herz Michael Mangold.

Brücken Herren:

Herz Christoph Meyer.

Herz M. Bartholomæus Weis.

Futter Herren:

Herz Balthas. Rudolph Schwengfeld.

Herz Wolf Balthas. von der Weser.

Unter Bau Herren:

Herz Caspar Vogel.

Herz Hieronymus Hempel.

Wegen der Schmieder:

Herz Barthel Schwencker.

Wegen der Tuchmacher:

Herz Lorenz Hesse.

Wegen der Fleischhauer:

Herz Nicol Schulthes.

Wegen der Kürbner:

Herz Hans Leismann.

Wegen der Schuster:

Herz Jacob Lindemann.

Wegen der Schneider:

Herz Hans Scheller.

Wegen der Becker:

Herz Hans Schade.

Wegen der Kleinen Handwerker:

Herz Hans Friese/ Bortenwircker.

Unter Cämmerer:

Herz Paulus Rudolph Pilgrim.

Herz Elias Melker.

Vir,

* * *

Vir, BERGERE, cui variarum suppetit usus
rerum, Aganippeoq; intincta Suada liqvore,
Erföhierifluas ubi Te pronuper ad undas
jusferat esse sui *Patrem* summumve *SENATII*
culmen, & officii molem pensare futuri
haud sine sollicito votorum viderat æstu
Curia: iis fertur solvisse silentia dictis.

*Hunc, BERGERE, diem numeram meliore lapillo,
qui tibi honoratos apponit candidus annos.*

Funde preces CHRISTO. Non tu prece poscis emaci,

Quæ nisi seductis nequeas committere Divis.

At bona pars hominum tacitâ male libat acerrâ.

*Haud cuivis promptum est, murmurq; humilesq; susurros
tollere de templis, & aperto vivere voto.*

Mens bona, fama, fides, hæc clarè, & ut audiat hospes.

Illa sibi introrsum, & sub lingvâ inmurmurat: O si

ebullet quoq; mi præclarum munus! O, O si

sub raistro crepat argenti mihi seria, dextro

Hercule! Spes melior de Te. Scabiosa relinquis.

MENS BONA, FAMA, FIDES, rogo clarè, & ut audiat hospes,

sint Tibi, successusq; boni. Bona SUBGERE felix!

sanus OBI CURAS patriæ, faveasq; Lyceo.

*Tu quoq; LIMPRECHTI, Pater inculpate Bicurgi,
rem populi tractas? (Romanum hoc crede magistrum*

dicere, quem satyræ bis tres ad sidera tollunt.)

Quo fretus? dic hoc, Quatuorvir maxime, nobis.

Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox,

eusebieq; Tibi est: dicenda tacendaq; calles.

Ergo ubi commotâ fervet plebécula bile,

fert animus calidæ fecisse silentia turbæ

majestate manus. Quid deinde loquere? Quirites,

Hoc puto non justum est: illud malè: rectius istud.

Scis etenim justum geminâ suspendere lance

ancipitis libræ: rectum secernis, ubi inter

curva subit, vel quum fallit pede regula varo:

& potis es nigrum vitio præfigere theta.

Ex Persio sat. II.

Anagrammatifini.

I.

Jacobus Bergerus.

Obi curas: subgere.

Ex cod. sat. IV.

2.

No. LIMbreCtIDes.

IDeM bIs LoCetVr.

Qvur

A 2

3. *Quur igitur Tibi Collegæq; haud faust a precemur?*
Jacobus Bergerus, Nunc ter es ad clavum. (BIS adhuc IDEM ipse LOCETUR!)
 & Munus uterq; SUBI: JUSTE REGE ROBUSTEQ;
Volmarus Limprechtius. cives. Ut POLLUX AC Castor in æthere fulgent:
 Miramur, Pollux. Su- (MIRAMUR,) vestro sic undiq; lumine lucet.
 bi justè: ac rege ro-
 bustè.

ZACHARIAS HOGELIUS M.
P. & Gymn. Director.

DEO
 CLEMENTER SOSPITANTE
 TRIVNO!
BERGERUS, ATQVE LIMPRECHTUS,
 DOMINI PRIMORES,
 VIVANT!

Anagr. **PRO REBUS GERENDIS MERITI**
 PLUS, QVA'M HOC METRI.

ETENIM

IS Consul factus bis*; ter† Quatuorvir hic alter;
 Primates Patriæ, pervigilesq; Patres:
 PRO REBUS dignè gestis, fausteq; GERENDIS
 quid MERITI PLUS, HOC QVAM melete-
 Annales famæ, vitam, pia vota, salutem: (ma METRI?
 & quicquid plus est vel meliorem metrô.

AMBO NIMIR. VIVANT
 CUM CURIALIB.
CHRISTO, PATRIÆ, SIBI SUISQ.
ECCLESIASTICE, POLITICE, OECONOMICE
BENEDICTI!

Ex animo
Christian. Timoth. Dustij, M.
 Ad

Ad
Magnificum & Consultissimum Dn. Consulem primarium,
Fautorem suum plurimum suspiciendum.

Quod novus exurgas Consul, BERGERE, Camœnæ
Gaudent, & genium MONTIS habere vovent.
Legifer in montem Sina descendit IOVA: *Exod. XIX. 11, 20.*
Menti idem insculpat, quæ statuenda, tuæ.
Ore suoq; DEUS celso de monte locutus *Levit. XXV. 1.*
Per te dignetur fasq; piumq; loqui. *Deut. X. 4.*
Ut montem DOMINI contexit gloria nube: *Exod. XXIV. 15.*
Te quoq; Supremi gratia larga tegat.
Isacidæ montem videre ardescere flammis: *Deut. V. 23.*
Ardeas itidem plebis amore tuæ.
Virginitas gnatæ Jephthæ flebatur in alto *Jud. XI. 38.*
Monte: ad Te fletus gens quoq; pressa ferat.
Reliquias Regis Sodomæ montana tuentur: *Gen. XIV. 10.*
Sis Mons perfugii præsidiiq; bonis.
Proveniunt virides riguis in montibus herbæ: *Job. XL. 15.*
Justitiæ vireas fructibus omnigenis.
De se dant montes auri rubicunda metalla: *Deut. VIII. 9.*
Sub Te auri cives copia larga beet.
Hæc sibi promittunt, quibus est tua cognita Virtus,
Integritas, Candor, Relligio atq; Fides.

Ad
Amplissimum & Prudentissimum Dn. Quatuorvirum,
supremum, Patronum suum magnum.

Quo te jam celebrem, patriæ fidissime Rector,
Carmine, LIMPRECTI, quæ tibi vota feram?
Cui Pietas fasces tribuit, Prudentia firmat
Rebus & in cunctis prospera dexteritas:
Tertium ut hinc Rectoratus ducatur in annum,
Et sis successor muneris ipse tui.
Cedito Græcine, ob fratrem bis credite Consul,
Unâ successor qui tibi in æde fuit.

Hic proprii fasces, non fratris, gaudia portant,
Unâ ternus honor conspiciturq; domo.
Ter felix ergò dicendus es, optime Rector
Urbis & à triplici commemorande statu.
Si porrò hospitio digneris & urbe Camœnas,
Aoniasq; juves ære manuq; scholas,
Ter felix sub Te Respublica tota vigebit,
Florebuntq; suo tres in honore status.
Hoc precor, hoc faxit Rector ter Maximus orbis,
Et cœli avertat, dans bona quæq; minas.

M. Samuel Boccius,
Log. ac Herm. P.P. n.n.
Gymn. Sen. C.

Magnifico Dn. Consuli Primario.

Effurtum salve: latare Ecclesia: plaude
Curia: Gymnasium! BERGERUS adest, data sceptre
Anno gesturus presenti: Concipe vota!
Nam tibi Consul adest nulli virtute secundus;
Quin Patronus adest nulli pietate secundus;
Et tibi Fautor adest nulli bonitate secundus.
Hinc salve doctos inter numerande Platones;
Hinc salve magnos inter memorande Marones;
Hinc salve nostros inter venerande Scholarchas!
O salve, salve Consul dignissime, salve,
Vive diu, sospes, cunctaq; ex parte beatus:
Annuat his calidis Divina Potentia Votis!

Amplissimo Dn. Quatuor-Viro Supremo.

Convenère Dij, Patriæ quò civibus urbis
Sveto more suis præmia certa darent.
Juvenère Dij, Patriæ Rectore Supremo
Anno presenti tecta carere suo.
Disensère Dij, fieri caput ecce supremum
Dixerat ille suum; jusserat iste suum.

Audite

Audijt hæc Phæbus, litemq; diremit & inquit :
LIMPRECHTI, ternâ tu vice Reſtor eris ?
Reſtor eris Bicurgiacus, civis qvia junctus
Præ cunctis adeo te coluit, voluit.

Quare, LIMPRECHTI, ſalve bis, terq; qvaterq; ;
Felix ac fauſtus duo, rege, vive, vale !

M. Johann. Melch. Starckloff/
Academ. Patriæ n.n. Gymnaſ.
Senat. P. P.

Ad

MAGNIFICUM & CONSULTISS.^{mum}

Dn. JACOBUM BERGERUM,

Purpure Erfurtinæ Togatæ

Anteceſſorem.

Bellè Cecropius CLEON
Actæum Imperium Dux pius ut gerat,
Ad commune ſuos concilium Pirithoos bonos
Unum convocat in locum,

Pactæ vincla fidei diſſoluit rata.

Quippe hæc cauſa ſubest : cum violent vincula Patrium
Legum cuncta Penatium,

Fas & jus Themidos debilitent nimis,
Refrænentq; probos ſic, fugiant ut patrios lares.

Rectè tu Patriæ PATER

Prendens ſceptra, bonis vincula cum tuis
Rumpis firma : Themis, Publica res, Eusebie ſimul
Sic florebit amœniter.

Ut ſint Imperii proſpera fauſtaq;
Sceptra incepta, Deo ſancta feram vota medullitus.

Ad

Ad
VIRUM AMPLISS.^{imum}

Dn. M. VOLCMARUM LIMPRECHTUM,
*Tertiò nunc, sine intervallo similiq; exemplo, denunciatum QUATUORVI-
RUM Primarium, de Rep. Erfurtigenùm optimè
promerentem.*

O Soli, TETRARCHA, decus Paterni,
Ritè divinam decorare Spartam
Thure votorum superùm DYNASTAM
Vincere perge.

JESULUS Tecum, domitare pravas
Ut qveas mentes, tegere innocentes,
Urbicis cunctis voveo colonis

Prospera quæq;

M. Wilhelmus Hieronymus Stenger/
Erb. ac Polit. P. P. G. S. C.

G Ratari mos est pius & laudabilis, inter
Christicolas titulis muneribusq; navis.
Hinc quia Consulibus rursus Patribusq; creandis.
Hæcce dies veteri more dicata fuit:

Nos, quòd fausta iterum lux hæc illuxerit urbi
Gerana, hæc latos convenit esse die.

Quotquot in hac mecum vitam jam ducitis urbe,
Ad regem cœli fundite, quæso, preces:

Ut pater ille poli, qui cuncta gubernat, & autor
Ordinis & Legum, Justitiæq; manet,

Hanc nunc ex alto velit aspectare Sareptam,
Et dare Rectores, qui sapienter agant.

Sub quibus afflicto Republica tempore multùm
Floreat, & nostris pax sit ubiq; locis.

Christe rege afflatu Rectorum pectora sacro,
Instrue eos mōitis, consilijsq; bonis:

Et benè fortuna conatus, suffice vires,
Ut faciant populo commoda grata DEO.

Christianus Newbawr/ Gymn. Sen. Colleg.
F I N I S.

A DO
 ET RECENS
C U
 ERFFU
 SUAMIN RE
 EX PRIMARIA
 PA
JACOBI
 CON
VOLCM. LIN
 QVAT
 DE NOVIS S.P.Q. S
 AMPLIUS, ET SUM
 POST
ERF
 GRATULANTIB. GYM
 DIRECTORE, ET C
 DIE II. DA FEBR. TAM
 QVAM INAUGUR
 ANNO SUP
 M. D
 PER LITERAS FRI

